



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

Renatus Noutius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

nione sanctimonix singularis, mira etiam quædam operatus. In prælio, in quo ille inermis Lusitanis contra hæreticos pugnantibus sacram industriam nauabat, glande faucibus, cum nihilominus Lusitano militi faucio confitenti aures præberet, ab hæreticis in opere quod ij detestantur deprehensus, aliquot in capite guttureque acceptis vulneribus, mortem oppetiit. Fuit vir tantam modestix suauitate amabilis, ut ea quæ in illius mente, atque carne inerat integerrima virginitas, in vultu etiam religiosè composito, & castigatis ad omnem puræ modestix normam oculis legeretur.

Fides.

Castit.

5. Aug.  
Gallus.  
incerto  
die1643.  
etat. 35.  
Soc. 2.

Renatus Nouitius.

De hoc, datis 5. Aug. 1643.

li-

literis P. Isaacius Iogues ait, securi trucidatum, cum SS. IESV nomen ingeminarret. Laudat illum à simplicitate, incredibili dolorum, patientiâ, innocentia. Plures menses in tyrocinio Societatis cū laude posuerat, inde ad Hurones missus, ut Christianis opitularetur arte chirurgicâ, quâ præstabat. Stupenda sunt quæ vnâ cum P. Isaaco tulit à diris illis Barbaris. Occisus est senis cuiusdam iussu, quòd eius nepotis fronti visus sit digito signum sanctæ Crucis imprimere. atque hanc necis fuisse causam prodidit ipsa Mater pueri quem signârat. Vocat illum martyrem obedientiæ, fidei, & Crucis. Aliquando visus sibi est currere post illum cælo iam recess-

*Fides.*

ceptum, conspectis admirandi splendoris templis.

*P. Matthias Burnatius.*

In Scholis, & Seminarijs, iuventutis ingenium ac mores aptè formabat, sed animos ad fidem frugemque longè aptissimè in ijs quas passim habebat sacris expeditionibus per Bohemię missionibus: in quibus multos orthodoxæ veritati addixit; ea propter à rusticis hæreticis irruentibus, & Sacerdotem se ad supplicium quærere vociferatis, capite vulneratus, furcâ fossus, glande plumbeâ de sclopo missâ confectus est.

*Augustinus Ota. Novitius.*

A Bonziorum institutione anno 15. ætatis ad Christi disciplinam transijt. Camboënsi ædi sacre aliquandiu ser-

*German<sup>o</sup>.  
in Bohemię  
missionibus.  
9. Aug.  
1629.  
Soc. 40.*

*Fides.*

*Iapon  
Ikonsci-  
ma.  
10. Aug.  
1622.*